Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

# Lexicon Graecolatinvm Novvm

Scapula, Johannes
Zwinger, Jacob

Basileae, 1628

A

urn:nbn:de:bsz:31-107465

Visual Library

# LEXICON GRÆCO-LATINVM.

## A.

A Prima eſt apud Græcos litera quam vocãt ἄλφα, à prima Hebræorum Aleph. Præfixo articulo neutrius generis, in vtroq. numero declinatur, quũ alioqui ſit indeclinabile: idẽ & de reliquis eſt intelligẽdũ. ¶ Interdũ eſt nota numeralis, ſignificans primũ, ſicut βῆτα ſecũdũ, γάμμα tertiũ: & ſic de cæteris. Peculiariter verò primus liber Iliados ſiue Odyſſeæ vocatus fuit ἄλφα, ſecũd⁹ βῆτα, tertius γάμμα, & ſic deinceps. Vt autẽ hę literę, quũ numerales sũt, ab aliis diſcernãtur, lineolã illis quidã ſuperponũt, alij accẽtũ acutũ. ¶ In Apoc. c. 1. ἐγώ εἰμι τὸ Α καὶ τὸ Ω, ἀρχὴ καὶ τέλος, dicitur Chriſtus eſſe A, quòd omniũ rerum principio ſit antiquior: dicitur eſſe Ω, quòd ſit omni fine poſterior, vt verè ſua illi cõſtet æternitas.

In cõpoſitione verò, multiplicẽ habet vſum. ¶ Aliquando eſt ϛερητικόν, (q. d. priuatiuũ,) i. priuãdi vim obtinet. vt ςάσιμος, ſtabilis ἄςατος inſtabilis, ſic καλός, ἄκαλος. σοφός, ἄσοφος, γάμος ἄγαμος, φθαρτός ἄφθαρτος. Sic & in verbis ἀδικέω, ἀτιμάω, ἀγνοέω &c. Quòd ſi dictio, cui præfixũ eſt α, à vocali incipiat, inter vtrãq. vocalẽ plerũq. interijcitur ν. euphoniæ gratia: vt in ἀναξίος ἄνοσος ex α & ἄξιος ἴσος. Aliquando in hac ſignificatione opponitur particulæ εὖ: vt εὔμορφος ἄμορφος, εὐτυχής ἀτυχής. ¶ Cõtrà eſt aliquãdo ἐπιτατικόν, (q. d. inteſiuũ) & eius vim addit ſignificationi, vel magnitudinẽ, vel multitudinem denotãdo, vt in ἀχανής, ἄξυλος, ἀγυλος, ἄξυλος, &c. ¶ Interdũ eſt ἀθροιστικόν, q. d. coaceruatiuũ ſeu collectiuum, vt in ἅπας, ἀολλέες. In his tamen poteſt α cẽſeri ἐπιτατικόν. In quibuſdã etiã vocibus ὁμοῦ (i. ſimul) ſignificare traditũ eſt, vt in ἀδελφός, ἀκόλουθος &c. ¶ Interdũ indicat ſimilitudinẽ vel æqualitatẽ, vt volũt quidã in ἀδελφός, ἀτάλαντος, ἀσπιδίσκη, ἀτάλαντος. ¶ Interdũ ſignificat μονωσιν, inquit Euſta. qui ἀμάζονας dictas eſſe vult quaſi μονομαζους. Sic & in ἁπλοῦν, quod ſonat μόνον πέλον, i. &c. q. d. ἄπελον. ¶ Interdũ ſignificat ὀλίγον, vel μακρόν, vt ἀμαθής pro ὀλιγομαθής, ſic ἀφυής pro μακροφυής. ¶ Aliquãdo idẽ quod δύς, vt ἄβατος pro δύσβατος, & ἀπίσθος pro δυσπίστος: itẽ ἀδάμας quaſi δυσδάμαστος. ¶ Aliquãdo ſignificat κακόν, vt in ἄβουλος & ἀβουλία apud Sophoc. Et in ἄδωρος, vt ἄδωρα δῶρα apud eũdẽ. Sic in ἄφωνος ἄξενος, &c. ¶ In vna eadẽq. voce nõnunquã duplicẽ accipit interpretationẽ: interdũ n. vel ςέρησιν vel κακόν ſignificat, vt in ἀκαρδής. Aliquãdo vel ἐπιτατικόν vel ἀθροιστικόν eſſe poſſe cenſetur, vt in ἀολλέες, ἅπας. In quibuſdam vocib. accipitur vel priuatiuè, vel pro ὁμοῦ: vt in ἄκοιτις, ἄλοχος. In aliis ſignificat vel μακρόν vel κακόν: vt in ἄφωνος. Vbi verò nullũ ex præcedẽtib. vſum habet, pleonaſticũ eſſe putatur: vt in ἄσταχυς pro ςάχυς, ἀςαφὶς pro ςαφὶς, ἀσπαίρω pro σπαίρω, ἀλαπάζω pro λαπάζω. ¶ Interdũ α geminatur, & eſt aut vtrumq. priuatiuũ: vt in ἀάατος apud Hom. ex nomine ἄτη, in ἀάπτος pro ἄπτος ex πτοῶ, in ἀάπτυστος pro ἄπτυστος ex πτύω: aut eſt pri⁹ α ἐπιτατικόν, & poſteri⁹ ςερητικόν, vt in ἀάσχετος, inq. Euſt.

Ἁ, (cum ſpiritu aſpero & accentu) articulus eſt poſtpoſitiuus neutr. gen. plur. nu. ſignificans quæ: ab ὅς, de quo vide ſuo loco. ¶ Eſt & pronomen poſſeſſiuum pro ἑά, ſua: vt τὰ ἃ πρὸς δώματ' ἔκαςος, apud Homer. Sic ἅς pro ἑὰς etiam ponitur.

Ἇ (cum aſpero & circumflexo) eſt adu. apud Dores ſignificans, quò, ὅπῃ vt Theocr. Idyll. 13. Ὁ δ' ἆ πόδες ἆγον ἐχώρει, quò pedes ducebãt, ibat. ¶ Apud eũdẽ poetã ἆ τάχος, ſcholiaſt. exp. κατὰ τάχος addẽs ſubaudiendũ eſſe imperatiuum ἔρχου. ¶ Eſt etiam aduerbium ſimilitudinis apud Hom. Iliad. ζ. Αἰεὶ κακὸς ἆ νόσφιν ἀλυσκάζω πολέμοιο: vbi tamen quædam exemplaria habent ὡς pro ἆ. ¶ Eſt & particula admirantis, inquit Suid.

Α͂ (cum tenui & circumflexo) vox eſt hominis ſuccẽſentis, quiritãtis aut commiſerãtis, vt Lat. ah, hei, heu. Eſt etiã perterriti ac perturbati: vt Lat. ehem vel eho. Eſt & admirantis, vt Lat. vah, aut eho: vt ſæpe apud Hom. Ἆ δειλὲ, & Ἆ δειλοί, &c. Eſt etiam optantis, vtinam: vt teſtantur Heſychius, Suid. & Euſtath.

Ἆ ἆ (geminatum, tenui & circumflexo notatum) aduerb. hominis perterriti, vel deterrentis, ſeu deprimentis. Ariſtoph. in Pluto, ἆ ἆ, πλὴν δ' ἆ δ' ἆ μή μοι προσφέρε. Et in Veſp. ἆ ἆ, τί μέλλεις δρᾶν. Eurip. in Oreſte, Ἆ ἆ, τί δὴ τὰ μέλλετ' ἐξακούσετ' αἰθέρα Πετροῖς. ¶ Itẽ ἆ ἆ vel ἆ ἆ ſæpe eſt dolẽtis atq. ingemiſcẽtis aut quiritantis aduer. vt Lat. heu, heu. Eurip. in Rheſo, Ἆ ἆ, ἆ δαίμονες τάλαινα. & in Oreſt. Ἆ ἆ, ἀδίκως ἀδίκως ἀπὸ ὤλεσεν.

Ἆ ἆ, aduerb. ridentis: vt & apud Lat. ha ha he, Euſt.

ἌΑΖΩ. Fut. ἀάσω, Præt. ᾖακα, exhalo propriè calidum halitum efflo. Ariſtotel. in probl. ſect. 34. φυσῶσι μὲν γὰρ ψυχρὸν, ἀάζουσι δὲ θερμόν.* fictum à ſono quem inter exhalandum edimus.

Ἀασμὸς, οῦ, ὁ, exhalatio, halitus, calidi efflatio.

Ἄατα vide in Ἀάτη, Ἀάατον, &c. in Ἀάω.

ἈΒΑ'ΑΕ, vtinam. Heſych. ¶ Eſt etiam idem quod φεῦ, heu, vt in Epigr. Ἀβάλε χειμερίῃ με κατέκλυσε κύματος ὁρμή.

ἌΒΑΞ, ακος, ὁ, abacus. Perſio eſt tabula in qua mathematici numeros, lineas, aut quaſuis figuras ſeu digrammata ducunt. Pythagorica menſa, veteribus dicta, ex Martiani autoritate. Accipitur etiã pro quauis tabula calculatoria. vide ἀβάκιον. ¶ Itẽ abacus Macrobio, tabula alearoria, ſiue alueus aleatorius, τα-λὸς πεττευτικὴ, inquit Euſtath. ¶ Itẽ tabula ſiue menſa, cui vaſa quælibet ad vſũ quotidianũ cõparata imponebantur, Ammon. ¶ Itẽ caniſtrũ, vt colligitur ex Poll. l. 6. c. 12. Numeratur etiam inter vaſa ſiue inſtrumẽta coquinaria, apud eũdẽ eiuſdẽ lib. c. 13. ¶ Vitruuio abacus ſignificat tabulã quandã, quæ ſupponitur epiſtyliis ſiue capitulis columnarum. Idẽ abacum in podiis vocat planitiẽ, quæ ſedilis vicem præbet. ¶ Obſeruatum & illud, ſolis latitudinem ſcienter abacum dici, eadem, qua diſcus, notione, inquit Cæl. Rhod. ¶ Ἄβαξ pro ἄλλαξ, vide in Βάξω.

Ἀβάκιον, ου, τὸ, pro ἄβαξ, tabula calculatoria. Polyb. lib. 5. ὄντως γάρ εἰσιν οὗτοι παραπλήσιοι ταῖς ἐπὶ τῶν ἀβακίων ψήφοις. Hinc ortum, vt peritiam ſupputandi, quam Plato λογιστικὴν appellat, abacum vulgaris conſuetudo vocauerit. ¶ Item tabula in qua Mathem. &c. vt ſuprà in Ἄβαξ. Plut. in Catone, καταβαλὼν ἀβάκιόν τι τῶν γεωμετρικῶν παρακείμενον. ¶ Item vas ad ferenda opſonia commodum, Poll.

Ἀβακίσκος, ου, ὁ, teſſella pauimenti, apud Athen. lib. 5.

ἌΒΑΡ, αρος, τὸ, placentæ genus, apud Æſchylum.

ἌΒΡΑ, ſiue ἄβρα, ας, ἡ, ancilla, famula: quales matronæ ditiores ad honeſtiora miniſteria domi ſuæ alunt, quibúſque vtuntur pediſſequis. Euſtathius annotat eſſe vocabulum ἐθνικὸν, à Græcis (vt & alia multa) vſurpatum. Legitur apud Menandrum in Pſeuderacle, & Geneſ. 24. Exod. 2.

ἉΒΡΟ'Σ, ἁ, ὀν, mollis, effeminatus, delicatus: vt ἁβρότερος γυναικῶν, apud Lucianum. ¶ Item pulcher, cultus, elegans. Herodot. in Melpomene, Ἀγαθύρσοι δὲ ἁβρότατοι ἄνδρες εἰσὶ καὶ χρυσοφόροι τὰ μάλιστα. Dicitur & de re: vt ἁβροὶ λειμῶνες. Æliano apud Suidam. Et ἁβρὸς λειμὼν exp. ὡραῖος, ἀκμαστικὸς καὶ εὐθαλής, quoniam prata, quò floridiora & viridiora, eò ſunt pulchriora. Ἁβρὰ τράπεζα exponitur πολυτελής. ¶ Item feſtiuus, lepidus. Luc. in Iudicio dearum. τὰ γὰρ τοιαῦτα κρίνειν τῷ ἁβρὸν μᾶλλον ἁρμόζει. ¶ Item magnificus, grauitatem præ ſe ferens, elatus: vnde ἁβρὰ βαίνειν apud Eurip. in Med. magnificè ſeſe inferre.* Etymologicus deducit ex α priuatiuo & βορός, vt ſit quaſi ἄβορος ὁ πάντας βαίνων. alij ab ἅπτω, vt ſit q. ἁπτός, qui facilè tangi poteſt.

Ἁβρῶς, molliter, delicatè, feſtiuè, magnificè, &c. Eurip.

Ἁβρότης, ητος, ἡ, mollities, deliciæ, luxus. Xenoph. Pæd. lib. 8.

Ἁβροσύνη, ἡ, idem. Eurip. Exponitur etiam φαιδρότης.

Ἁβρύνω, ῶ, orno, ſplendidum reddo. Æſchyl.

Ἁβρύνομαι, ornor, niteſco, cultum mihi comparo. Cũ datiuo rei, Athen. lib 12. εἰς ὅσον τῶν γυναικῶν ἁβρυνόμενος βίος. Item glorior, inſoleſco, magnificè me infero. Plato in Apol. ἐγωγε καὶ αὐτὸς ἐκαλλυνόμην τε καὶ ἡβρυνόμην ἂν εἰ ἠπιστάμην ταῦτα.

Ἁβρίζομαι, idem quod ἁβρύνομαι. Heſych.

*Compoſita.*

Ἐναβρύνω, idem quod ἁβρύνω.

Ἐναβρύνομαι idem quod ἁβρύνομαι.

Πανάβρος, omnino mollis, omnino delicatus.

Πεδαβρὸς, qui mollibus delicatiſque pedibus eſt. Themiſt.

ΑΜΒΡΟΤΗ, ης ἡ, nox. Aliquando per ſe ponitur, aliquando cum nomine νὺξ & tum plenus eſt ſermo: vt Il. ξ. ἔσσεται ἤδη νὺξ ἀβρότη. * deriuatur à βροτὸς, i. mortalis, præfixo α priuatiuo, quòd noctu lateant mortales ἐν ᾗ βροτὸς οὐ προέρχεται, inquit Euſtath. i. in qua mortalis non prodit. Suidas autem παρὰ τὸ ἐστερῆσθαι βροτῶν, i. quod priuata ſit mortalibus. Alias etymologias vide apud Euſtathium, & Etymol. (pecco.

Ἀβροτάζω, F. άσω, P. ακα, nocte occurro. Heſych. Significat etiã

Ἀβροτήμων, ονος ὁ καὶ ἡ, peccator, peccatrix. Heſych.

Ἀβροτίνη ἡ peccatum, ἁμαρτωλὴ idem Heſych.

Ἀβροτάζω, F. ξω, P. χα, aberro in via, aut in nocte euagor. Il. κ. μήπως ἀβροτάξομεν ἀλλήλοιιν, i. ne aberremus alter ab altero. vbi Euſtath. ait ἀβροτάζειν eſſe aut τὸ βροτοῦ ἀποτυγχάνειν ἐν ὁδῷ, i. à mortali aberrare in via: aut τὸ ἐν ἀβρότῃ ἀποπλανᾶσθαι, i. in nocte euagari. Heſychius dicit. ἀπὸ τοῦ ἀποτυχεῖν τὸ βροτὸν τοῦ βροτοῦ μετὰ τὴν συνάντησιν, i. ex eo quòd homo ab homine aberret poſt occurſum.

Ἀβροταξία, ας ἡ, aberratio, deflexio de via Euſtath.

Ἀμβροτεῖν (aſſumpto μ) aberro, vt & ἀβροτάζω. Il. π. —ἴσχεσι μὲν ἡμβρότον ἀλλήλων. Il. ε. ἤμβροτες, οὐδ' ἔτυχες. vbi annotat Euſt. hæc prouerbialiter dici in eos, qui aberrant ab eo, quod ſibi propoſuerant: atque idem his duobus verbis ſignificari ἐκ παραλλήλου: fieriſque ἤμβροτες vel ex ἀβρότω, per pleonaſmum τοῦ μ vel ab ἥμαρτες, mutando α in ο, & traiiciendo ρ, nec non inſerendo β, ad elegantiorem ſonum, vt fit in γαμβρὸς, & in μεσημβρία, aliiſque huiuſmodi.

Ἀμβροτεῖν, cum μ, exp. ἁμαρτεῖν, & ἀποτυχεῖν βροτοῦ. Item πρωτεῖν apud Heſych.

ΑΒΡΟΤΟΝΟΝ, ſiue ἀβρότονον, ου, τὸ, abrotonum, herba ſeu plãta perpetuò virens: * ſic nominata, διὰ τὸ πρὸς ὄψιν φαίνεσθαι ἁβρὸν καὶ ἁπαλὴν quòd aſpectu ſit mollis & tenera. Nicander in Ther. Ναὶ μὴν ἀβρότονον. τό, τ' ἄγριον οὔρεσι θάλλει Ἀργῄνην ὑπὸ βῆσσαν. Vide Theophr. hiſt. plant. lib. 6. c. 7. apud quem annotant legi etiam ἀβρότηον, vide & Dioſc. l. 3. c. 29.

Ἀβροτόνινος & ἀβροτονίτης ου ὁ, confectus ex abrotono: vt ἀβροτόνινον ἔλαιον ſiue ἀβροτόνινον μύρον, apud Dioſc. lib. 1. cap. 61. Et ἀβροτονίτης οἶνος, apud eundem lib. 5.

ΑΒΡΥΝΑ, τὰ, Heſychio συκάμινα μόρα. Sic & apud Athen. li. 2. Ἄβρυνα, συκάμινα ἃ καλοῦσιν ἔνιοι μόρα.

ΑΒΥΡΤΑΚΗ, ης ἡ, barbaricum edulium, ex porris, cardamo, granis mali punici: & eiuſmodi aliis quibus ineſt τὸ δριμύ. Theopomp. in Theſeo, ἥξει δὲ Μήδων γαῖαν, ἔνθα καρδάμων Πλεῖστον ποιεῖται καὶ πράσων ἀβυρτάκη. Vtitur eo vocabulo & Menander in Cecryphalo, teſte Suida: & Alexis apud Athen. lib. 3. Luc. in Lexiph. καρυκείαις annumerat hanc ἀβυρτάκην, itemque Plutarch. ſymp. 4.

Ἀγάλλομαι, ἀγάζομαι, vide in Ἄγαω.

ΑΓΑΘΟΣ ου ὁ, bonus, probus: vt ἀγαθὸς ἀνὴρ, & ἀγαθὴ γυνή. Plat. & Xenoph. Dicitur & de re, vt ἀγαθὸς οἶνος. ἀγαθὴ βουλή. ¶ Item fortis ſtrenuus. Il. ρ. Τῶν μὲν γὰρ πάντων βέλε' ἅπτεται ὅστις ἀφείη, ἤ κακὸς ἢ ἀγαθός. Et Thuc. lib. 2. οἱ δὲ ἀγαθοὶ τιμῶνται τοῖς προτιμῶσιν ἆθλοις ἀρετῆς. ¶ Item prudẽs. Apud Hom. Il. ι. Μηδ' οὕτως ἀγαθός περ ἐὼν θεοείκελ' Ἀχιλλεῦ, annotat Euſtath. ſignificare vel ſtrenuũ vel prudẽtẽ. ¶ Ἀγαθὰ πράγματα, res ſecundæ, apud Thuc. lib. 3. In eadem ſignificatione vſurpatur & ἀγαθὴ ſine ſubſtantiuo, Xen. ſic ἀγαθῇ τύχῃ, Lat. quod fauſtũ feliſque ſit. ¶ Ἀγαθὴ δαίς. Il. δ. lautum & opiparum epulum. ¶ Item præſtans, excellens, vt βοὴν ἀγαθός, apud Hom. Sic Xen. ἀγαθοὶ τὰ πολεμικά. Et pro eodem ἀγαθοὶ πρὸς τὸν πόλεμον apud Plut. & ἀνὴρ εἰς πᾶσαν ἀρετὴν ἀγαθός, apud eũdem. ¶ Itẽ peritus vel aptus: vt ἀγαθὸς στρατιώτης, ἀγαθὸς τοξότης. ἀγαθὸς ναύτης. Et cum infin. ἀγαθὸς ἱππεύεσθαι. Plut. peritus equitandi. ¶ Item vtilis. Cum genit. Theophraſt. ἀγαθὸς τῆς ἱερᾶς νόσου, vtilis aduerſus comitialem morbum. Cum dat. vt Od. ρ. Αἰδὼς δ' οὐκ ἀγαθὴ φησ' ἐμμέναι ἀνδρὶ προΐκτῃ. Et cum præpoſitione πρὸς: vt ἀγαθὸς πρὸς τὰ ἕλκη. Theophr.

Ἀγαθὸν, οῦ, τὸ (ſubſtãtiuè) bonum: vt ἀγαθὸν ὁ χρόνος οὐκ αὔξει προσγινόμενος. Cic. interpr. ipſum bonum creſcendi acceſſionem nullam habet. Tradunt quidam ἀγαθὸν non præfixo articulo de quolibet bono vſurpari: at τὸ ἀγαθὸν, vel τἀγαθὸν de ſummo illo bono. ¶ Item commodum, emolumentum, vtilitas: vt ἐπ' ἀγαθῷ τοῦ Κύρου. Xen. Pæd. 7. commodo Cyri. Itẽ Pæd. 3. σοὶ τὸ σὸν ἀγαθόν, ἢ σοὶ τῇ σῇ ζημίᾳ. cum infin. Il. ω. ἀγαθὸν δὲ γυναικὶ περ ἐν φιλότητι μίσγεσθαι, vtile eſt, iuuat, confert. ¶ Ἀγαθὰ (plur.) opes, facultates, & cuiuſuis generis bona. Xen. πολλὰ δὲ ἅμαξαι πολλῶν ἀγαθῶν μεσταί. ¶ Pro beneficiis: vt ἀγαθὰ ποιεῖν vel ἐργάζεσθαί τινα, beneficia cõferre in aliquem, apud Iſocr. & Luc. ¶ Pro virtutibus & dotibus. Iſocr. de pace. Τοῖς γὰρ ἀγαθοῖς οἷς ἔχομεν ἐν τῇ ψυχῇ, τούτοις κτώμεθα καὶ τὰς ὠφελείας ἃς δεόμεθα, τυγχάνομεν.

* Fit ἀγαθὸς ex ἀγαστὸς (quod eſt verbale ex ἄγαμαι ſeu ἀγάζομαι) abiectione σ, & mutatione τ in θ, inquit Etym. & Euſt. Hic tamen ἄγαν hac voce includi tradit, atque ideò nullum nec comparat. nec ſuperl. habere. Irregulares autem comparatiui ſunt ἀμείνων, ἀρείων, βελτίων, κρείσσων, κρείττων, λώων, χερείων. Et ſuperl. ἄριστος, βέλτιστος, κράτιστος, λῷστος.

Ἀγαθῶς, vtiliter. Hippocr.

Ἀγαθότης, ητος, ἡ, bonitas, probitas. Et pro θεότης (de Deo dictum) Greg. Ἀγαθωσύνη, idem, Rom. 15.

Ἀγαθοεργὸς, ὁ probus. ἀγαθοεργία, proba, rectè & cum virtute facta vel dicta. Suid.

Ἀγαθοποιέω, F. ήσω, bonũ efficio, beneficio afficio, Dionyſ. Areop.

Ἀγαθύνομαι, bene affectus ſum, Nehem. cap. 2. & Dan. 6.

Ἀγαθίζομαι, bona dico. Ariſtop. δεῖ εἰς τὰς ἱερὰς ἡμέρας κἀγαθίζομένας λαβεῖν.

Ἀγαθὶς, ίδος, ἡ, Heſychio faſciculus fili ſeu ſtaminis colligati glomus. vnde ἀγαθῶν ἀγαθῖδες, bonorum glomi, apud Poll. prouerbiũ de opib. extructis & affatim cumulatis: ſumpta metaphora à glomere textorio, qđ ex plurimis filorũ cõuolutorum gyris conſtat. Apud Suidã legitur etiã ἀντ' ἀγαθῶν ἀγαθῖδες: qđ prouerbiũ eſſe dicit ἐπὶ τῶν πλεονεκτούντων ἀεὶ ὧν εὐτυχήκεσαν πρότερον, ac ſi ἀγαθῖδες eſſẽt aceruι ſeu cumuli bonorũ. ¶ Significat ἀγαθὶς etiam τὴν σησαμίδα. Euſt. Heſych.

*Compoſita.*

Ἀνδραγαθία, ἡ ſtrenuitas, fortitudo. Ariſtoph. in Pluto. Item actio digna forti viro. quaſi ἀνδρὸς ἀγαθοῦ ἔργον. Xen. & Plut. Item officium viri boni, probitas.

Ἀνδραγαθίζομαι, fortem virum me præſto, fortiter me gero. Et probum virum me præſto. Thuc. l. 3.

Ἀνδραγαθέω, ῶ, idem, & quidem frequentius. Plut. ὁ δ' ἐπιμελεῖσθαι ἐμέλλεν, ὅς ἀνδραγαθεῖν ζητεῖ, ἀεὶ αὐτὸ ἐγχειρεῖν. Et cum accuſ. apud eundem, καὶ πολλὰ ἐν δὲ ταῖς ἐπιφέροις χώραις ἀνδραγαθήματα ἀπέπραξε. Dicuntur viri ἀνδραγαθεῖν, ipſa autem res ἀνδραγαθεῖσθαι, i. fortiter geri.

Ἀνδραγάθημα, τὸ, facinus viri forti dignum, actio viri fortis, & res fortiter vel præclarè geſta.

Ἀνδραγαθητὴς οῦ ὁ, qui facinora edit viro forti digna, virum fortem ſe præſtans, fortiter ſe gerens.

Αὐτοαγαθὸς, ipſe per ſe bonus. Greg. Naz. de Deo. (nu*, honeſt*.

Κἀγαθὸς, vt καλὸς κἀγαθὸς, id eſt καλὸς καὶ ἀγαθὸς, bonus, ſtre-

Καλοκἀγαθὸς, (id eſt, καλὸς καὶ ἀγαθὸς) probus, bonus, honeſtus, qui eſt abſolutæ & conſummatæ probitatis. Ariſtot.

Καλοκἀγαθία, ἡ, probitas, integritas & honeſtas. Xen. Apud Iſocr. eſt καλοκἀγαθία τρόπων, morũ honeſtas ſeu integritas.

Καλοκἀγαθικὸς, ή, όν, vſurpatur pro καλοκἀγαθὸς apud Plut.

Μισαγαθία, ἡ, odium bonorum, ſeu bonarum rerum.

Παναγαθὸς, omnino bonus, optimus. Plat. epiſt. 8.

Πατραγαθία, ἡ, paterna ſtrenuitas, patris aut patrum ſtrenuitas & fortitudo. Plut. in Apoph.

Φιλάγαθος, amans bonorum. (tate carens.

Ἀφιλάγαθος, qui non eſt φιλάγαθος, Exponitur &, benigni-

Ἐπιταγαθάγαθος, qui honeſtis delectatur ſtudiis, & virtutem amplectitur, apud Strab.

Ἀγαῖος, ἀγαίω, &c. vide in Ἄγαω.

ΑΓΑΛΛΩ, F. αλῶ, P. αλκα, orno, inſignio, decoro. Plat. de leg. li. 12. ὡς τὴν ἀγάλλῃ πῦς τιμαῖς. Ariſtoph. in Pace, καί σε θυσίαισιν ἀγαλοῦμεν ἀεί. * Euſt. ex ἄγαω deductum vult. Alibi verò ſcribit ἀγάλλομαι dici quaſi πρὸς ἄγαν ἢ ἄγαν ἅλλομαι.

Ἀγάλλομαι, ornor, inſignior, decoror: ſed vſurpatur potius vt deponens, pro, exorno me. Il. σ. τὰ μὲν κορυθαίολος Ἕκτωρ Αὐτὸς ἔχων ὤμοισιν ἀγάλλεται. ¶ Item glorior: vt ἀγάλλομαι τούτῳ, vel ἐπὶ τούτῳ, glorior hac re, iacto hanc rem. Herod. Thuc. Xen. Et cum infi. apud eundem Xen. Hell. 6. ἀγαλλόμενοι ἐβοήθουν ἀνδράσιν ἀγαθοῖς. ¶ Item oblecto me re aliqua, gaudeo, exulto. Cum dat. rei. Od. ε. νηῦς ἀγαλλομένη Διὸς οὔρῳ. Xen. οἱ δὲ γεραίτεροι ταῖς τῶν νέων τιμαῖς ἀγάλλονται. Inuenitur & cum accuſ. Epigr. li. 4. Et cum infin. apud Non.

Ἄγαλμα, τὸ, ornamentum, oblectamẽtum. Hom. & Æſchyl. ¶ Item ſimulachrum, ſtatua, Herod. & Plat. Ponitur & pro imagine picta, inquit Suid. Apud Plat. ἀγάλματα. Cicero formas interpr. Vſurpatur & metaph. vt καρδίας ἄγαλμα. Syn.

Ἀγαλμάτιον, ου, τὸ, ſtatua parua, imaguncula. Luc.

Ἀγαλματόω, ῶ, in ſtatuam verto. Lycophr. in Alex.

Ἀγαλλιάω, ῶ, & ἀγαλλιάομαι, ῶμαι, frequentia ſunt apud Eccl. ſcriptores pro exulto, lætitia geſtio ἠγαλλίασε τὸ πνεῦμά μου. Luc. 1. Luc. 10. ἠγαλλιάσατο τῷ πνεύματι. Idẽ Act. 16. ἠγαλλιάσατο πανοικὶ πεπιστευκώς. Et Apoc. 19. χαίρωμεν καὶ ἀγαλλιώμεθα. Et 1. Pet. 4. χαρῆτε ἀγαλλιώμενοι. Greg. Naz. τρέμω καὶ χαρᾷ ἀγαλλιῶμαι.

Ἀγαλλίαμα, τὸ, & Ἀγαλλίασις, εως, ἡ, exultatio. Luc. 1. καὶ ἔσται χαρά σοι καὶ ἀγαλλίασις. Greg. Naz. ἀναπληρούμενοι ἀγαλλιάσεως καὶ εὐφροσύνης καρδίας θείας.

Ἀγλαὸς, quomodo huc pertineat vide ſuo loco.

Ἐπαγάλλομαι (compoſ.) pro ἀγάλλομαι, exulto. Il. π. Μηδέ τ' ἐπαγαλλόμενος πολέμῳ καὶ δηϊοτῆτι. Item ſuperbior, efferor, μὴ ἐπαγάλλεσθαι δυναστείαις, apud Baſil.

ἈΓΑΛΛΟΧΟ´Ν, lignum quoddam eſt, quod ex India atque Arabia deportatur, thuiæ ligno ſimile, odoratum, & guſtum adſtringens, vt inter alia tradit Dioſc. lib. 1. cap. 21.

Ἄγαμαι, vide in Ἀγάω.

ἈΓΑ´Ν, aduerb. nimis, immodicè, ſupra modum. vt ἄγαν λυπεῖσθαι, apud Plat. nimis mœrere. ¶ Ponitur & *pro* valde, vehementer. Xenop. Pæd. 1. πάνυ ἀφροδίσιον ἢ διαλεγόμεθα πρὸς τοὺς ἄγαν νέους. ¶ Præfixo articulo induit formam nominis adiectiui, vt ὁ ἄγαν, nimius, immodicus, vel vehemens. Sic in fœm. ἡ ἄγαν, & in neutro τὸ ἄγαν. Idemque accidit cæteris aduerbiis.* In compoſitione aliquando ν amittit, aliquando in aliam mutat: vt ἀγακλεής, ἀγάρροος, &c.

ἈΓΑΝΑΚΤΕ´Ω, τῶ, F. τήσω, P. τηκα, doleo, i. doloris ſenſu afficior. Dioſc. lib. 5. c. 76. ἀγανακτεῖν τοὺς ὀδόντας ἐν τῇ γεύσει. ¶ Item indignor, ſtomachor, ægrè fero. Et conqueror. Iſocr. de Pace, ἀγανακτοῦμεν εἰ μὴ τὴν αὐτὴν ἐκείνοις τιμὴν ἕξομεν. Sæpe etiam dicitur ἀγανακτεῖν ἐπί τινι. Et cū præpoſit. ὑπὲρ aut περὶ, in caſu rē ſignificāte. In caſu autem ſignificante perſonam dicitur ἀγανακτεῖν τινὶ, & πρός τινα, & κατά τινος. ¶ Item gemo ςένω, apud Plat. inquit Heſych.* Sunt qui ex ἄγαν & ἄχθομαι compoſitum dicant. Ego ex ἄγαν & ἄγνυμαι (frangor) cuius præteriti tertia perſona ἦκται, deriuari poſſe exiſtimo: doloribus enim frangi dicitur animus.

Ἀγανακτητιάσθαι dicitur voce media pro ἀγανακτεῖν. Luc.

Ἀγανάκτησις, εως ἡ, dolor, doloris ſenſus. Plat. ¶ Item indignatio, ſtomachatio, Thuc.

Ἀγανακτητός, ἡ, ὁ, vnde ἀγανακτητέον, indignè ferendum, querendum. Plat.

Ἀγανακτικός, ἡ, ὁ, querulus, qui facilè queritur & ægrè fert caſus incommodos. Plat.

*Compoſita.*

Διαγανακτέω, ῶ, perægrè fero, indignor.

Ἐπαγανακτέω, ῶ, indignor ob.

Προσαγανακτέω valde indignè fero. Hippocr. ep. ad Demag.

Συναγανακτέω ῶ condoleo, Il.

Συναγανάκτησις, condoleſcentia, apud Ariſtot.

Ὑπεραγανακτῶ ſupra modū indignor, vehemēt.* ſtomachor vel conqueror. Et ὑπεραγανακτῶ τοῦτο pro ἀγανακτῶ ὑπὲρ τούτου.

Ἀγαλλίς, vide in Ἄγω, i. frango.

Ἀγανός, vide in Γάνος. At ἀγανὸς in Ἄγω, i. frango.

Ἀγάομαι, vide in Ἀγάω.

ἈΓΑΠΑ´Ω, ῶ, F. ήσω, P. ηκα, amo, diligo. De honeſto & inhoneſto amore vſurpatur. Xen. apomn. 1. τοὺς πίστεις ἀγαπῶντας μᾶλλον ἢ τὰς ἑταίρας. Dicitur aliquando ἀγαπῶ τὸ ἐμὸν ἀντὶ ἐκείνου, vel ἀγαπῶ τὸ περὶ ἐκείνου, præfero hoc illi. Et pro eodem ἀγαπῶ τὸ δεῖ πλεῖον τῷ ἐκείνου. Item ἀγαπῶ μᾶλλον δόξαν ἢ χρήματα. Et cum infin. ἀγαπῶ τὸ ποιεῖν. Ariſtot. Oecon. 2. ἀγαπῶντας τὰ τεύχματα φέρειν. ¶ Item amicè & hilariter accipio. Od. ψ. Οὐ νεμεσῶ ὅ τι πρῶτον ἐπεὶ ἴδον ὧδ᾽ ἀγάπησα. ¶ Item oſculor, vt ait Euſt. ¶ Item ἀγαπᾶν, contentum eſſe, & *pro* ſatis eſſe, ſufficere. Plut. in Public. ἀγαπᾶν τὴν δευτέραν τάξιν, ſecundo loco contentum eſſe. Et Thuc. lib. 6. οὐκ ἀγαπήσαντες τὴν ἐν τῷ παρόντι ἡσυχίαν. Et cum dat. Luc. ἀγαπᾶν τοῖς παροῦσι. Sic ἀγαπῶ τοῖς δεδικασμένοις, acquieſco arbitrorum ſententiæ. In qua ſignif. ἀγαπῶ idem eſt cum ἀρέσκομαι. Et cum infin. ἀγαπήσας λαβεῖν τοῦτο apud Herodian. Et cum partic. Luc. ἀγαπῶ σωζόμενος.

Ἀγαπάομαι, ῶμαι, amor, diligor. Ariſtot. Rhet. 1. Nonnunquam de amore venereo: vnde ἀγαπώμενος & ἀγαπωμένη pro ἐρώμενος & ἐρωμένη, amaſius & amaſia ſeu amica Luc.

Ἀγάπημα τό, dilectio. Item res ſeu perſona quæ diligitur. Crates philoſ. in quodam Epigr. χαῖρε θεὰ δέσποιν᾽ ἀνδρῶν ἀγαθῶν ἀγάπημα. (marotia.

Ἀγάπησις pro ἀγάπη. Plut. ἀγάπησις ἐρωτική, q. d. dilectio amatoria.

Ἀγαπησμός, ὁ, idem cum ἀγάπησις. Suid.

Ἀγαπητός, ἡ, ὁ, dilectus, charus, vel amabilis, gratus, iucundus. Ariſt. Eth. li. 9. c. 12. τοῖς ἐρῶσι τὸ ὁρᾶν ἀγαπητότατόν ἐστι. ¶ Exp. & vnicus, vt Xen. παῖς ἀγαπητός, & παρθένος ἀγαπητή. Et Homer. ἀγαπητὸς υἱός: filius certè, qui vnicus eſt, magis diligitur. ¶ Item ἀγαπητόν ἐστι, cum infin. boni conſulendū eſt. Ariſtot. Eth. lib. 9. cap. 10. ἀγαπητὸν καὶ φίλους ὀλίγους εὑρεῖν, i. benè nobiſcum agi putandum eſt, ſi vel paucos inueniamus amicos.

Ἀγαπητῶς, gratè, amabiliter. Plat. interdum cupidè & libenter. Dem. Item ſatis, ſufficienter. Herodian. δεῖ δὲ ἀγαπητῶς ἔχειν ἕκαστον τοῖς αὑτοῦ, oportet vnumquemque ſuis contentū eſſe.

Ἀγαπητικός, vim diligendi habens. Heſych.

Ἀγαπητέος, ὁ, amandus. Plat. de Rep. lib. 2.

Ἀγαπητέον, ſubaud. ἐστι, interdum dicitur pro, acquieſcendum eſt, contentum eſſe oportet.

Ἀγάπη ἡ, amor, dilectio, charitas. Plut. Item ἀγάπαι, communia Chriſtianorum conuiuia, ſic vocata quòd retinendæ mutuæ charitatis cauſſa eſſent inſtituta. Iuſt. epiſt. vide Tertul. ¶ Item ἀγάπη, pro φίλημα. Euſtath.



Ἀγαπάζω, apud poëtas pro ἀγαπῶ, amo. Muſæus, ἀγάπαζε μιλλίφρονι θεσμὸν ἐρώτων. Item comiter & blandè atque hilariter aliquem excipio, beneuolentiæ ſigna alicui exhibeo, amplector ſeu amplexor. Od. π. Ὡς δὲ πατὴρ ὃν παῖδα φίλα φρονέων ἀγαπάζει. ¶ Eurip. in Phœn. vſurpauit pro procurare, ἐπιμελεῖσθαι, ἀξίαν νέκυν τοῖς παρ᾽ ἐμοῦ ἀγαπάζων ἐμῶν, &c. cadauer condens ſeu procurans, exequias præbens.

Ἀγαπάζομαι, idem cum ἀγαπάζω. Od. χ.

*Compoſita.*

Ἀμφαγαπάω, deamo, valde amo, chariſſimum habeo. poëticum.

Ἀμφαγαπάζω, idē. Ἀμφαγαπάζομαι, voce media, pro eodē.

Περιαγαπάω, valde amo.

Ὑπεραγαπάω, idem quod ἀμφαγαπάω. Herodian. li. 1. ὑπερηγάπα δὲ αὐτὸ ὁ Κόμμοδος. vtitur & Dem.

ἈΓΑΡΙΚΟ´Ν, οῦ, τό, agaricum: radicis ſeu potiùs fungi arboris nomen apud medicos: de quo Dioſc. initio libri 3. & Plin. l. 16. cap. 8. Eſt & ἀγαρικὸν μέλαν, lethalem vim habens: de quo rurſum Dioſc. in præfatione libri 6.

ἈΓΑΣΥΛΛΙ´Σ, frutex vnà cum radice, vnde Ammoniacum liquorem eliciunt, vt tradit Dioſc. lib. 3. cap. 98.

Ἀγαυός, &c vide in Ἀγάω.

ἈΓΑ´Ω, ῶ, F. άσω, P. ακα, (quod magis eſt in vſu) Ἀγάομαι ῶμαι, demiror, cum ſtupore miror, ſtupeo. Od. π. Οὔτε τι θαυμάζειν ἐξαίσιον, οὔτ᾽ ἀγάασθαι. ¶ Item pro inuideo vel μέμφομαι, teſte Euſtath. Od. ε. Οἵ τε θεὰς ἀγάασθε παρ᾽ ἀνδράσιν εὐνάζεσθαι. ¶ Idem Euſt. ann. ſignificare etiam odiſſe, apud Hom.

Ἄγη ἡ, admiratio, ſtupor, obſtupefactio. Od. γ. ἄγη μ᾽ ἔχει. Sic & Od. π. Apud Tragicos, honor, veneratio. Heſych.

Ἀγαῖος, ὁ, ἡ, admirabilis, item inuidioſus. Suid. Heſ. Etym.

Ἀγητός, ἡ, ὁ, admirabilis, ſtuporem excitans. Il. ε. εἶδος ἀγητοί. Et Plut. in Pericle, χρήμασιν ἦσαν ἀγητοί.

Ἀγαυός, ἡ, ὁ, (Æolicè pro ἀγαός, ἀ ἀγάω. ſecundum alios tamen à γαίω) admirabilis, præclarus, illuſtris. Heſ. Item venerandus, σεμνός, Euſt. Il. γ. κήρυκες ἀγαυοί. ¶ Ponitur pro ſuperbo & arrogante, apud Hom. ἀγαυοὶ μνηστῆρες.

Ἀγαύομαι, admiror. Opp. Hall. 4. Εἶδος ἀγαυόμενοι πολυ-(φαζοι.

Ἀγαυρός, vide in Γαῦρος.

Ἀγαίω, pro θαυμάζω, admiror, inquit Euſt. Idem alibi exp. ἐκπλήττω, obſtupefacio, vel perterrefacio. ¶ Item exp. alibi & μέμφομαι, ſuccenſeo, indignor.

Ἀγαίομαι, vſitatius eſt quàm ἀγαίω. & ſignificat etiam, admiror inquit Etym. Od. υ. ἀγαιόμενοι κακὰ ἔργα, exp. χαλεπαίνοντες alii μεμφόμενοι. ¶ Idem ſuccenſeo, indignor, vel inuideo. Cum dat. Heſiod. in Erg. Τῷ δὲ θεοὶ Ζεὺς αὐτὸς ἀγαίεται. vbi tamen exponitur etiam μέμφεται, item ὀργίζεται. Et cum accuſ. Plut. οὐδ᾽ ἀγαίομαι θεῶν ἔργα, neque deorum operibus inuideo. ¶ Item inuideor, φθονοῦμαι, Suid.

Ἄγαμαι, idem in proſa quod in carmine ἀγάομαι, vel ἀγάζομαι admiror. Conſtruitur cum accuſ. vel rei vel perſonæ. Dicitur enim ἄγαμαί σε τὸ φρόνημα, & ἄγαμαί σε τὸ φρονήματος, (ſubaudito aduerbio ἕνεκα,) i. admiror tuā prudētiā, vel admiror te ob tuā prudentiā. Et cū genit. Plut. ἀγασθεὶς τῆς παρρησίας. Sic & Dem. pro cor. πῶς γὰρ οὐκ ἂν ἀγασαίμην τὸ μὲν γὰρ ἐκείνων τῆς ἀρετῆς; Vide & ἀγάζομαι infra. ¶ Item laudo, probo. Plat. ἄγαμαί σου τὴν Χίου ἐποίησι. ¶ Afferuntur & aliæ ſignificationes pro, indignor, inuideo, reprehendo: quæ pertinent potiùs ad ἀγάζομαι, ex quo ſumit hoc verbum ſua tempora.

Ἀγαμένως, mirabiliter, mirificè, cum admiratione: vt ἀγαμένως λέγειν. Ariſtot. Rhet. 3.

Ἀγάαμαι, poëtico pleonaſmo dicitur, pro ἄγαμαι. Od. π. Οὔτε τι θαυμάζειν ἐξαίσιον, οὔτ᾽ ἀγάασθαι.

Ἀγάζομαι, eiuſdem cum præcedentib. ſignificationis & originis à quo hæc tempora frequentia ſunt apud poëtas (quædam & apud oratores) præt. imperf. ἠγαζόμην, fut. ἀγάσομαι, aor. 1. ἠγάσθην, aor. med. ἠγασάμην. Et part. ἀγασάμενος, ἀγασθείς, ἀγασσάμενος, & poëticè ἀγασσάμενος. Significat igitur admiror, ſuſpicio, Variè cōſtruitur. Cum accuſ. rei. H. θ. Μῦθον ἀγασσάμενοι. Sic Iſoc. in Paneg. ἀγασθεὶς τὴν ἀρετὴν αὐτῶν. Et cū dat. rei. Xen. Pæd. 6. ἀγασθεὶς τοῖς λόγοις. Iūgitur & perſonę caſib. genitiuo: Xen. ἀγασθεὶς τι αὐτοῦ καὶ ἐπιθυμεῖς φίλος αὐτῷ εἶναι. Vel dat. Xen. apud Suid. ἠγάσθη τινὶ ἀγασθεὶς τῇ ἐργασίᾳ, pro θαυμάσας, inquit. Vel accuſ. idq; frequēt. ſimul. Il. γ. τὸν δὲ ὁ γέρων ἠγάσατο φώνησέν τε. Sic Xen. Pæd. 7. ἀγασθεὶς τὴν γυναῖκα. Interdū iūgitur caſib. rei & perſonę ſimul. Xen. ἠγάσθην αὐτὸν τῆς σωφροσύνης, vel ἠγάσθην τὴν σωφροσύνην αὐτοῦ. ¶ Itē veneror. Anth. epig. li. 1. σὲ μὲν χρυσαυγῆ νηὸν ... ὑμᾶς ὁ πλάνων Γλαυκ᾽ ἠγασάμην. ¶ Itē indignor, ſuccēſeo. Il. ν. ἄγαν ἀγάσαντο ... ἠγάσσατο Ἥρη. Et cū acc. Od. ζ. ἀγασσάμενοι κακὰ ἔργα, vbi voluit quidā ſubaudiri διά. ¶ Itē inuideo. Il. ἀγασσάμενοι περὶ νίκης. Et cum accuſ. rei. Od. δ. Ἀλλὰ τὰ μέν που μέλλεν ἀγάσσασθαι θεὸς αὐτός. Vide & ἄγαμαι, ſupra. (ſtath.

Ἄγασμα, ατος, τό, veneratio, vel qd veneramur. Suid. Heſyc. Euſtath.

Ἀγαστός, ἡ, ὁν, admirabilis, admiratione ſumma dignus. Xen. Hell. 2. ἐκείνω δὲ κρίνω τοὺς ἄνδρας ἀγαστούς. Apud Hom. εἶδος ἀγα-

ϛὸν, vel ἐκπληκτικὸν, i. ſtuporem afferens: vel ἐπίφθονον, inuidioſum Euſtath.

Ἀγαθὸς, ἀγάλλω, ἄγ͂ος, quomodo huc pertineāt, vide ſuis locis.

*Compoſita ex Ἄγαμαι & ἀγαςός.*

Ἀξιάγαςος, admiratione dignus, admirabilis. Syn.

Ἐξάγαςος, admirandus, Heſych.

Ἐπάγαμαι, admiror ob.

Ὑπεράγαμαι, demiror, vehementer & ſupra modū miror. Suid.

---

Ἀγγεῖον, &c. vide in Ἄγγος.

---

ΑΓΓΑΡΟΙ οἱ, Perſico vocabulo, a Græcis tamen poſtea recepto, dicebantur regum nuntij ſeu tabellarij: tabellarij qui ex ſucceſſione literas perferunt. Solebant enim reges Perſarum certis ſtationibus diſpoſitos habere tabellarios & nuntios, quorum alter alteri traderet mandata, vt ita celeriùs perferrentur. Æſchylus ἄγγαρον πῦρ adiectiuè dixit pro ignibus, quibus aliquid nuntiatur. ¶ Ponitur ἄγγαρος latiùs etiam pro quouis, qui aliquid baiulat: exponitúrque ἀχθοφόρος, ἐργάτης, ὑπηρέτης. ¶ Neutro autem genere ἄγγαρα dicuntur οἱ ςαθμοὶ, hoc eſt, manſiones ac diuerſoria in quæ οἱ ἄγγαροι peracto diei penſo diuertebant.

Ἀγγαροφορέω, ῶ, baiulo veluti ἄγγαρος. Suid. Euſt.

Ἀγγαρεὺς, idem cum ἄγγαρος.

Ἀγγαρεύω, cogo ſeu adigo ad miniſterium ἀγγάρων præſtandum. Interpres Matt. cap. 5. annotat ἀγγαρεύειν eſſe cogere ad currendum, vel, ferendum aliquid: quoniam curſoribus illis Perſarum, quos ἀγγάρους vocabant, fas erat cuiuſuis equos vel naues, aut ipſos etiam homines rapere ad curſum, vt hodie apud Turcas. Idem Matth. cap. 27. ſimpliciter accepit *pro*, cogo, adigo, compello.

Ἀγγαρευτὴς, ῦ, ὁ, qui aliquid angariat & cogit ad curſum aut aliquod aliud ſeruitium obeundum. Heſych.

Ἀγγαρεία, ἡ, dicitur officij illius præſtatio. hoc eſt: quum quis ad currendum vel baiulandum aliquid adigitur. Et coacta ac inuita ſeruitus, & ſeruitium quod aliquis vi adactus obit. Legitur in Pand.

Ἀγγαρεῖον, ου, τὸ, dicitur ipſe curſus angarorum, pro quo Ionice dicitur ἀγγαρήϊον. Herodot. lib. 8.

---

ΑΓΓΕΛΛΩ, λῶ, P. κα. nuntio, nuntium affero. Dicitur ἀγγέλλω σοι τόδε, hoc tibi nuntio Hom. & Thuc. Et apud Plut. in parall. ἀγγέλλειν ἐς τὴν πόλιν νίκην. Participium ἀγγέλλων, nuncians, qui nunciat. Ponitur interdum pro ἄγγελος. Herod.

Ἀγγέλλω fit ab ἀείδω & καθ' ὑπερβιβασμὸν ἀγγέλλω, mutato ν in γ, inquit Etym. Euſtathio autē ἄγγελος videtur ab ἄγω deduci.

Ἀγγέλλομαι, nuntior. Dicitur ἀγγέλλεσθαι aut res, aut perſona, de qua nuntius adfertur. Thuc. Xen. ¶ In voce media pro ἐπαγγέλλομαι, polliceor. Soph. in Aiace. Τεῦκρος τ' ἀπὸ τῆς δ' ἀγγέλλομαι. Ἄγγελμα, τὸ, nuntium, res quę nuntiatur. Herod. 7. τὸ ἀπόρρητον καὶ κρυπτὸν ἀγγέλματος.

Ἄγγελος, ου, ὁ καὶ ἡ, nuntius, nuntia. Xen. Pęd. 2. ἡ μὲν δ' ἀπάγγελον ἀποστείλας ταῦτα ἐπέμψα. Et Il. ω. ἄγγελος μήτηρ. Sic ἄγγελος Ἴρις, Il. β. ¶ Pro nūtio Dei καὶ ἐξοχὴν. Phil. de mundo. Et Naz. ¶ Item pro ἄγγελμα ſeu ἀγγελία, nuntium, nuntius. Thuc. 7.

Ἀγγελικὸς, ἡ, ὸν, angelicus, ad angelum pertinens. Greg. Naz. Ἀγγελικαὶ διακονίαι. ¶ Ἀγγελικὴ, ſaltatio quædam, quę inter pocula exercebatur. Athen. lib. 14.

Ἀγγελίας, ου, ὁ, poet. idem, quod ἄγγελος.

Ἀγγελιώτης, ου, ὁ, idem. Callim. & Muſæus. Et fœm. gen. ἀγγελιῶτις, ιδος, ἡ, nuntia. Callim. ¶ Ἀγγελιώτης τάξις, dixit Areth. in Apoc. pro ἀγγελική. (Ἀγγελικὰ θνῶ.

Ἀγγελίωνη, ἡ, itidē poet. pro nūtia. Orph. in hymno Auroræ.

Ἀγγελία, ἡ, nuntium vel nuntius, i. res quæ nuntiatur. Thuc. 3. ἦλθε μὲν καὶ ἀπὸ τῆς Ἐρυθραίας ἀγγελία. ¶ Item mandatum à nuntio perlatum. Il. ε. ἀγγελίην φέρειν. Et Luc. ἀγγελίας διαφέρειν. Item rumor, fama. Thuc. lib. 4. ἐς τὴν νῦν αἱ ἀγγελίαι διῄεσαν τῶν. ¶ Pro religione, ſecundum quoſdam, apud Herodot. lib. 1. προμαντηΐην καὶ ἀγγελίην, exp. primas partes in conſulendo oraculo & referendo.

*Compoſita ac primum ex ἀγγέλλω & verbalib. cum præpoſit.*

Ἀναγγέλλω, annuntio, renuntio, nuntio expono, refero, narro, Cum datiuo rei & accuſatiuo perſonæ, ſicut ἀγγέλλω.

Ἀναγγέλλομαι, nuntior, nuntius de me affertur. Plut. in Pericle. ἀναγγέλλει τεθνηκὼς αὐτός.

Ἀπαγγέλλω, idē quod ἀναγγέλλω. Il. λ. ἀπαγγείλαι ὃ τάχιςα Χρημάτων Δαναοῖσι. Sic Xen. ἀπαγγείλατε τῷ Ἰνδῶν βασιλεῖ. Et ἀπαγγέλλω ἐπὶ τὰ κοινά. Plut. ἀπαγγέλλω εἰς ὑμᾶς, Demoſth. Dicitur & ἀπαγγέλλειν περί τινος. Plut. ¶ Item renuntio, vt legati faciunt à legatione redeuntes. Plut. ¶ Pro denūtio, vt ἀπαγγέλλω σοι ἀγῶνα affertur ex Libanio, *pro*, denūtio tibi litem. ¶ Item pronuntio, enuntio. i. cæptum mentis eloquor, Dem. ὡς εἰς ταῦτ' ἀπαγγέλλειν δύναιτο τὸ διανοηθὲν παραςῆσαι τοῖς ἀκούουσι. Item memoriter recito. Syneſ.

Ἀπαγγέλλομαι, pro ἀγγέλλομαι, Plat. Xen. plut. Et voce media pro ἀπαγγέλλω. Plat. Pol. lib. 2.

Ἀπαγγελία, ἡ, enuntiatio, pronūtiatio, Videtur ſumi ab Hermog. pro ἑρμηνεία. Significat etiam recitationem quæ fit memoriter, Syn.

Ἀπαγγελτὴρ ῆρος, nuntius, index. in Auth. Epigr.

Ἀπαγγελτικὸς, enuntiatiuus. Affertur ex Seneca. & τὸ ἀπαγγελτικὸν, pro enuntiatione.

Διαγγέλλω. nuntio circunquaque, vel per diuerſa loca diuulgo. Plut. in Cam. ἡ φήμη διαγγέλλουσα τὴν πρᾶξιν εἰς τὰς πόλεις. A Bud. exp. etiam, denuntio, effero, prodo ¶ Item pro edico, vel indico, vt ἐπαγγέλλω. Herodian. li. 1. τῆς ἐξόδου διαγγελθείσης. Διάγγελος, internuntius, Bud.

Εἰσαγγέλλω, renūtio, refero. Xē. Pęd. 8. εἰσαγγέλλεται πρὸς ἐμέ. ¶ Itē defero, poſtulo, accuſo, in iꝰ voco. Iſoc. περὶ ἀντιδόσεως. Εἰσαγγέλλειν εἰς τὴν βουλὴν λέγοντες ὡς ὁ πατήρ μου, &c. Et εἰσαγγείλας pro delatore, apud Iſęū. Dicitur & εἰσαγγέλλω τινὰ περὶ τοῦ. Plut. Εἰσαγγέλλομαι, renūtior, referor. Dē. Itē deferor, accuſor. Dem. Plu.

Εἰσαγγελία, delatio, accuſatio. De quibus autem criminibus peculiariter diceretur. Εἰσαγγελία, vide Harpocr. & Pollucem.

Ἀπεισαγγελίας φεύγων δίκην citatur ex Plut. in Moral. pro, criminis læſæ maieſtatis reus.

Εἰσαγγελεὺς, έως, ὁ. qui nūtiat aduētū alicuiꝰ. Peculiāriter dicitur de eo qui apud regē aut principē hoc munere fungitur nūtiandi ei alicuius aduentum, & illū ad eum admittendi. Bud. admiſſionalē vocat. ἀντὶ εἰσαγγελέως, apud Herodot. & Luc. ¶ Item delator ꝓpriè ὁ τὰ δημόσια καὶ μεγάλα μηνυτής, inquit Suid.

Εἰσαγγελτικὸς, ad εἰσαγγελίαν pertinens. Poll.

Ἐξαγγέλλω. renūtio, certiorē facio. Propriè eſt nuntiare iis, qui foris ſunt, ea quę intꝰ ſūt. Plat. ἵν' ἐξαγγέλλοιεν τοῖς ἔξω τὰ παρὰ τοῦ ποιμένος. In malā partē interdū ἐξαγγέλλειν τὰ ἀπόρρητα efferre arcana ſeu ſecreta, vel prodere, euulgare. Dem. Phil. 1. Sic Plut. in Themiſt. ἐξαγγέλλει εἰς τοὺς πολλούς. Itē nūtio, ſeu nuntium perfero, ſeu iuſſa perago. apud Xen. Pæd. 7. ¶ Item enūtio, indico. idē quod ἑρμηνεύω & ἀπαγγέλλω. Herm.

Ἐξαγγελτὸς, ὁ καὶ ἡ. de quo nuntius allatus eſt, detectus, patefactus per nuntium. Thuc.

Ἐξαγγελτικὸς, nuntiatiuus. Apud Ariſtot. in probl. ἐξαγγελτικὸς τῆς διανοίας. qui ad intelligentiam referri poteſt.

Ἐξάγγελος, ου, ὁ καὶ ἡ, propriè qui vel quæ nunciat, iis, qui foris ſunt, ea quæ intus fiunt. Heſych. & Amm. Sumitur & generalius. Thuc. 8. αὐτὸς πρεσβεύσας τῷ ςρατεύματι ἐξάγγελος γίγνεται. ¶ Item index, qui in fabulis eſt nuntius aliquid de ſcena afferens: vt in Trachiniis nuntius Deianiræ.

Ἐξαγγελία, ἡ, nuntiatio, vel nuntium. Item euulgatio. Item enuntiatio. ἑρμηνεία. Hermog.

Ἐπαγγέλλω denūtio, indico: vt, ἐπαγγέλλω πόλεμον, vel πολεμεῖν Polyb. Sic Thuc. ςρατιὰν ἐπαγγέλλειν ἐς τοὺς ξυμμάχους. ¶ Itē denūtio & cōdico, h. e. cōſtituo. Plut. in Demetr. ἐπὶ δ' εἰς Λακεδαίμονα διαπεμψάμενος ἀλλήλοις ἐπαγγέλλουσι ἐς ταὐτὸ. ¶ Itē denūtio & edico. Cū infin. Dem. πρὸς Μακάρτ. ἐπαγγελλέτω ὁ δήμαρχος τοῖς προσήκουσιν ἀναιρεῖν καὶ θάπτειν. ¶ Itē edico, pronūtio. i. promitto in publicum. Herodian. τῷ τε δήμῳ τὰς νομὰς ἐπήγγειλε, i. congiaria pronuntiauit. ¶ Item indico, profiteor, vel ſignifico me velle. Xen. Pæd. 8. πολλάκις δ' ἐνδεεῖς ὄντες οὐκ ἐπαγγέλλουσιν οἱ φίλοι τοῖς ἑταίροις. i. ſæpe amici non ſignificant in rebus neceſſariis quid ſibi opus ſit. Item defero, nomen alicuius defero. vt ἐπαγγέλλειν πρὸς τοὺς θεσμοθέτας.

Ἐπαγγέλλομαι denūtior, indicor, cōdicor, vt δεῖπνον ἐπηγγελμένον, cœna cōdicta. Itē ꝓmittor, οὐδὲ τὰ ἐπηγγελμένα, οὔτε τὰ ἀπειλημένα neq; ꝓmiſſa, neq; minæ, Greg. Itē deponēs ſignifico, vel ſignifico me velle, ſignifico quid mihi opus ſit, quod vim habet verecūdę petitionis. Dem. ꝓ cor. ἀλλ' ἂν αὐτὸς ἐπαγγείλαιτο οὐδεὶς μὲν μὴ ἐπὶ Φιλίππῳ εἶναι. ¶ Item dep. polliceor. Polyb. 5. ἐπηγγείλατο ὁ Πτολεμαῖος αὐτοῖς ἀργυρίου τάλαντα τριακόσια. Et Xē. ἐπαγγέλλομαι διδάξειν polliceor me docturū. ¶ Itē profiteor, vt ἀρετὴν ἐπαγγέλλομαι. Xē. Apōp. 1. Itē ἐπαγγέλλομαι ἐπὶ τούτῳ, vēdito me, glorior. Xen. Oecon.

Ἐπάγγελμα, τὸ, pollicitatio, promiſſio, Iſoc. Item profeſſio, Plat.

Ἐπαγγελτικὸς, ad promiſſionem pertinens.

Ἐπαγγελτικῶς, per promiſſionem. B.

Ἐπαγγελία, denuntiatio. Item promiſſio. Plut. Et ſæpe in nouo Teſt. Item genus quoddam accuſationis, apud Poll.

*Decompoſita.* Ἀνεπάγγελτος, non denunciatus, non indictus. vt πόλεμος ἀνεπάγγελτος, Polyb.

Αὐτεπάγγελτος, ſua ſponte aliquid faciens. Iſocr. ad Dem. αὐτεπάγγελτος ἐν τοῖς καιροῖς τοῖς φίλοις βοηθεῖ, vltro ſubuenias, non expectes dum rogeris. (Plut.

Κατεπαγγέλλομαι, polliceor, vel etiā effuſè ꝓmitto. Dem. &

Καταγγέλλω, interdum idē quod ἀγγέλλω, vel ἐξαγγέλλω, nūtio. in Actis Apoſt. ſæpē ꝓ annūtiare. ¶ Itē indico, vt καταγγέλλειν πόλεμον, Plut. ¶ Et pro obnūtio. vnde καταγγελτὴς, & κατάγγελος. ¶ Itē defero, accuſo. Herod. ὅ τι ἄλλοι ἐκείνοις καταγγέλλοιεν.

Καταγγέλλομαι, patefio per nūtiū. Itē indicor. Itē accuſor.

Κατάγγελτος, patefactus per nuntium. Thuc.

Καταγγελτὴς annuntiator, denuntiator. Act. Ap. cap. 12. Exponitur & obnuntiator.

Κατάγγελος, obnuntiator. Plut.

*Decompoſita.* Ἀκατάγγελτος, non indictus. vt ἀκατάγγελτος πόλεμος. Plut. idem quod ἀνεπάγγελτος.

Ἐκκατηγγέλλ, pro κατήγγειλε, Plut. in Rom. ἐκκατηγγειλας ἀγῶνας, qui ludos indixit.

Προκαταγγέλλω, prænuntio, antè denuntio. Act. c. 3. & 2. Cor. 9.

Μεταγγέλλομαι, promitto. (μετάγγελος ἀθανάτοισι.

Μετάγγελος, internũtius, ſeu nũtius. Il. ε. Iris dicitur ὅτ' ἦεν

Παραγγέλλω, denũtio, condico, vt conſtituentes ſolent. Plat. in Phæd. παρηγγελμένοι ἦσαν ἀλλήλοις ἥκειν εἰς συνουσίαν εἰς τὸ εἰωθὸς καὶ πορεύεσθαι. ¶Παραγγέλλω ἐπὶ τὸ δεῖπνον, apud Luc. cõdico cœnã, inuito ad cœnã. ¶Ita in Pand. Græcis, mulier prægnans poſt diuortiũ dicitur παραγγέλλειν τῷ ἀνδρί, quũ marito denuntiat ſe prægnantem eſſe ex eo: & maritus ἀντιπαραγγέλλειν, quũ ex ſe prægnantẽ eſſe negat. ¶Παραγγέλλειν εἰς δίκην, diẽ dicere in iudiciis publicis, denuntiare iudicium. ¶Item iubeo, impero, denuntio hoc eſſe faciendũ. Xen. Pæd. 6. παρήγγελλε τοῖς ἑαυτοῦ ἐφορᾶν. Et παραγγέλλειν denũtiare dicitur quũ milites per manus dãt præceptũ imperatoris, παραγγέλλειν εἰς τὰ ὅπλα, edicere ſuis vt arma capiant. Xen. ¶Et pro interdico. Act. c. 5. Itẽ denuntio, i. accerſo amicos. Lyſ. pro Eratoſt. φονέα γε· ὅτι γε εἰ προσῄδειν, οὐκ ἂν δοκῶ ὑμῖν τοὺς ἐπιτηδείους μεθ' ἡμέραν παραγγεῖλαι ἂν ὡς ἀσφαλέστατα μετ' αὐτοὺς εἰσιέναι. Hinc factũ (inquit Bud.) vt παραγγέλλειν petere ſignificet, i. ambire magiſtratũ, καὶ ἐπιζητεῖσθαι. Denuntiabãt enim amicis & eos accerſebant ἐπὶ τῷ συναρχαιρεσιάζειν. Plutarc. εἰ τὰς ἀρχὰς παραγγέλλοντας, ἐκεῖνοι χρώμενοι χορηγοῖς. Idem in Cæſare, αἰτούμενος δ' ἐθελῆσαι αὐτῷ παραγγέλλειν εἰς ὑπατείαν ἀποντα διὰ τῶν φίλων. Alicubi etiã apud eundem παραγγέλλειν dicitur abſolutè qui ambit, & eſt cãdidatus. ¶παραγγέλλω εἰς ἄνδρας, referor in virorum numerum, virilem togam ſumo. Syn.

παραγγέλλομαι, vnde τὸ παραγγελλόμενον, quod imperatur, mandatum, vt παραγγελλόμενα ποιεῖν. Xenoph.

Παράγγελμα, τό, præceptum, Xen. Eſt etiam interdictum vetitúmque, Dem. & pro hortamento conſiliõque. Iſocr. ad Dem.

παραγγελματικός, præceptiuus, denũtiatiu⁹, itẽ adhortatiu⁹.

παραγγελματικῶς, præcipuè, denuntiatiuè. tanquam præcipiendo, vel denuntiando. Exponitur & adhortatiuè.

παραγγελτικός, præceptorius. Item prohibitorius. Bud.

παράγγελσις, præceptum, mandatum, vel ipſe præcipiendi actus. Xen. & Plat.

παραγγελία, idem. Ariſt. eth. 2. Itẽ ambitus, prehẽſatio, petitio magiſtratus cũ prehẽſatione. App. Itẽ ambitus vel preces amicorum pro reis cauſam dicentibus. Dem. de falſa leg.

*Deinp.* Ἀντιπαραγγέλλω vide παραγγέλλειν, de muliere dictum. ¶ Item competitor ſum alicui magiſtratum petenti. Appia. πομπηίῳ ἐς τὴν ὑπατείαν ἀντιπαρήγγελλε Δομίτιος ¶Ἀντιπαραγγελία, ipſe actus τοῦ ἀντιπαραγγέλλειν, ſiue de marito dicatur, ſiue de competitore.

Ἀπαράγγελτος, ſine mandato, ſine cohortatione. Polyb.

Συμπαραγγέλλοντες, competitores, apud Dionyſ. Halyc.

Διαγγέλλω, nuntio circunquaque. Thuc. διαγγέλλοντες τὴν ἐκκλησίαν. Idem lib. 2. ναῦς τε διήγγελλον κατὰ πόλεις per vrbes denuntiabant. διαγγέλλομαι, vt παρασκευὴ διαγγελλομένη κατὰ πόλεις apud eundem Thuc. lib. 4. apparatus bellicus, qui per vrbes denuntiatur.

Προαγγέλλω, prænuntio. Xen. Pæd. 3. εἰ μὲν θεοὶ μὴ προσήμαινον

προάγγελμα & προάγγελσις, prænũtiatio. (προαγγέλλουσι

προάγγελος, prænuntius vel prænuntia. προάγγελοι καὶ πρόδρομοι νόσων. Plut.

Προσαγγέλλω, nuntio vt ἀγγέλλω. ¶προσαγγέλλειν ἑαυτόν, deferre ſe, ipſum apud Luc.

προσαγγελεύς, emiſſarius B.

προσαγγελία, nũtium. pro ἀγγελία, apud Polyb. exp. & προσαγγελία ab Heſych.

Συναγγέλλω, ſimul nuntio.

Συνάγγελος, qui vnà mittitur nuntius.

Ὑπαγγέλλω, q. d. clam nuntio. Muſæus. Νεύμασι λαθριδίοισιν ὑπαγγέλλουσα Λεάνδρῳ.

Ὑπάγγελτος, patefactus, detectus, manifeſtus, apud Suid.

*Alia compoſita ex Ἄγγελος & ἀγγελία ſine præpoſitione.*

Ἀνάγγελος, nuntio carens. Apud Suid. Ἀνάγγελος μάχη, pugna nuntio carens, i. ex qua ne vnus quidem euaſit, nũtius cladis futurus. (exequitur.

Ἀρχάγγελος, archangelus, qui angelicam functionem primus

Αὐτάγγελος, qui ſibi nuntius eſt, qui ſine aliorum opera ſua ipſe nuntiat. Thuc. lib. 3. αὐτάγγελοι δ' αὐτοὶ ἰδόντες.

Αὐταγγελτος, nũti⁹, qui rei interfuit, qui nõ alio vtitur nuntio. Arria. 4. αὐταγγελτος τῆς ἁλώσεως ἐγένετο. (Plut.

Εὐάγγελος, lætus & fauſtus nuntius, qui fauſta nuntiat. Eurip. &

Εὐαγγέλιον, ου, τό, fauſtũ feliχq. nuntiũ, lætũ nuntiũ. App. de nece Ciceronis, τοῖ Ἀντωνίῳ εὐαγγέλιον διαφέροντες. veteres plurali numero ſæpi⁹ vſurparũt. ἐπ' εὐαγγελίοις ἐστεφανωμένος κάρα. Ariſtides, τῶν εὐαγγελίων χάριν. Luc. gratia quę habetur pro nũtio. ¶Peculiariter aũt εὐαγγέλιον κατ' ἐξοχὴν dicitur à Chriſtianis annũtiatio inſignis illius beneficij à Chriſto in humanũ genus collati, quũ ſua ipſe morte illud à morte æterna liberauit. Interdum per metonymiã pro hiſtoria ipſa de Chriſto accipitur, cuiuſmodi Euangelia quatuor numeramus. Interdum etiam ipſam doctrinæ Euangelij promulgationẽ declarat, vt 1. ad Cor. 9. ἐκ τοῦ εὐαγγελίου ζῆν. Et ad Cor. 10. Sic eiuſdem epiſtolæ 8. ¶ Item præmium quod datur lætum afferenti nũtium, Od. ξ, v. 152. εὐαγγέλιον δέ μοι ἔστω. Et Ω⁰ γέρον, οὔτ' ἄρ' ἐγὼν εὐαγγέλιον τόδε τείσω. Plut. opuſc. Vtrũ Athẽ. &c. εὐαγγέλιον ἐκ φαλήρου κρέας ἀπέστειλαν. ¶ Itẽ εὐαγγέλια, plur. nu. ſacrificiũ ob lætũ nuntiũ. Iſocr. in Areop. ἐπὶ τοιαύταις πράξεσιν εὐαγγέλια μὲν δὶς οὐδὲ τεθυκέναι. Xẽ. Ἑλλ. 1. ἔθυε τὰ εὐαγγέλια.

Εὐαγγελικός, euangelicus, ad euangelicum pertinens.

Εὐαγγελίζω & εὐαγγελίζομαι, lętũ nũtiũ affero, læta nũtio. Vox media vſitatior eſt apud veteres ſcriptores, quã actiua. Ariſtop. in Equit. λόγους ἀγαθοὺς φέρων εὐαγγελίσασθαι πρῶτον ὑμῖν βούλομαι. Aliquando ſimpliciter exp. nuntio. In qua ſignif adiunctum habet accuſ. Antiphon. ὡς περ τῇ πατρίδι μεγάλας εὐτυχίας εὐαγγελιζόμενος. ¶ item εὐαγγελίζομαι, victoriã nũtio. Bud. ex Luc. ¶ In ſacris literis ſignificat annuntiare Chriſti doctrinam, quæ εὐαγγέλιον dicitur κατ' ἐξοχήν. Interdum abſolutè, vt 1. Cor. 9. Interdum cum accuſ. vel perſonæ, vt Act. 8. vel rei, vt Act. 10. Gal. 1. & Act. 5. Interdum cum dat. vt ad Rom. 1. Ponitur etiam paſſiuè, vt 1. Pet. 1. & ad Heb. 4.

Εὐαγγελιστής, οῦ, ὁ, Euãgeliſta. Sic vocatur in nouo Teſtamẽto qui erant ſecundi ab Apoſtolis, quóſq; illi tanquã aſſeclas & collegas habebant in fungendo ſuo munere promulgandi Euangelij, ideoque nulli eccleſiæ erant addicti: vt ad Eph. 4. Poſteà verò ædificatis iam eccleſiis, quum & Apoſtolorum & Euangeliſtarũ munus deſiiſſet, translatũ eſt nomẽ ad quatuor illos hiſtoriæ Chriſti ſcriptores, ac peculiariter Ioanni tributum pro cognomine, vt ab altero Ioanne diſtingueretur.

Θεαγγελεύς, qui promulgat vel denuntiat ſolennitates quę πανηγύρεις dicuntur.

Ἰσάγγελος angelis par & æqualis aut ſimilis Luc. 20. cap.

Ἰσαγγέλως, vt ἰσαγγέλως ἐλθόντι; apud Areth. non aliter ac angeli.

Κακάγγελος, malus nuntius, mala nuntians.

Κακαγγελία, malus nuntius.

Κακάγγελος. Soph. dici. τὸν κακὴν ἀπαγγελίαν ἔχοντα.

Παλινάγγελος, nuntius, qui poſtquam nuntiauit quod iuſſus eſt, ad eum redit à quo miſſus eſt. vide Heſych. (Ariſtoph.

Ψευδάγγελος, nũti⁹ mẽdax, falſa nũtiãs. ὁ ψευδῆ ἀγγέλλων, apud

---

ἌΓΓΟΣ εος, τό, vas quodlibet velut dolium, mulctra, vrna, &c. Il. β. Ὡς πλήθουσι τ' εἶα ἐν ἄγγεσιν ἄρτιον ἀπαντα. Ariſtot. de mundo εἴ τις ἐξ ἄγγους ῥίψειε σφαῖραν, &c. in proſa tamen ſæpius vſurpatur ἀγγεῖον.

Ἀγγεῖον, ου, τό, vas, conceptaculum. Plut. ἀγγείοις τε βραχυστόμοις. Et Dioſc. ἀγγεῖον ὀστράκινον, vas fictile. Apud Herodotum dicuntur etiam ἄγγεα (Ionicè pro ἀγγεῖα) in quæ reconduntur pecuniæ καταχέας τῶν χρημάτων τὰ ἄγγεα. Apud Aphrod. Probl. lib. 2. ἀγγεῖα ἰατρικὰ exp. medicinales cucurbitæ. ¶ Item ἀγγεῖον pro vena, quæ eſt conceptaculum ſiue receptaculum ſanguinis. Vnde ἀγγειολογία. Gal. ad Glauc.

Ἀγγειώδης, εος, ὁ, καὶ ἡ, vaſis formam vel vaſis capacitatem habens. Et ſubſtantiuè τὸ ἀγγειῶδες, capacitas tanquam vaſis.

Ἀγγείδιον, ου, τό, diminut. vaſculum, τὸ μικρὸν ἀγγεῖον, Suid.

*Compoſita.*

Ἐξαγγίζω, euacuo è vaſe. Hippocr.

Καταγγίζειν in vas defundere vel condere. Dioſc.

Κενεαγγία, & Ionicè κενεαγγείη, ἡ, vaſorum vacuitas, & inanitas, & peculiariter vaſorũ corporis. pro inedia, fames, Hippoc. Pollux l. 6. c. 6. ſcribit Plat. comicum dixiſſe & κεναγγίαν. (γραῖαι.

Κενεαγγικός, vt κενεαγγικὰ πάθη, apud Hipp. idẽ q̃d κενεαγ-

Κενεαγγικῶς, eorũ more quib. vaſa ſũt vacua. in Coac. præ.

Κενεαγγεῖν habere vaſa vacua & inania. Hippocr. A Gal. exponitur etiam ἀσιτεῖν.

Μεταγγίζω, in aliud vas fundo. Latini elutriare dicunt, decapulare, deplere & transfundere. Græci ſynonymo verbo ἐράω. Dioſc. Μεταγγισμός, οῦ, ὁ, elutriatio, decapulatio. Dioſc.

---

ἈΓΕΙ΄ΡΩ, F. ἀγερῶ. F. ἤγειρα, & Att. ἀγήγερκα (ab ἄγω, vt vult Euſtathius & Etym.) cõgrego, colligo. Hom. Il. γ. πάντας ἐπιπλαγχθέντας ἀγείρας. Thuc. ξυμμάχους τε ἀγείροντες ſed frequentius συναγείρω in proſa dicitur. ¶ Item pro, mendicando colligo, mendicorum more colligo, corrogo, circulatorũ more peto. Cum accuſ. rei. Od. ρ. ὡς ἂν πυρνὰ κατὰ μητρὸς ἀγείρει. Euſt. annotat hinc eſſe ἀγυρτάζειν, & ἀγύρτης, & ἀγυρμός. Et cum datiuo perſonæ. Luc. ὡς ἀγείρειν τῇ μητρὶ θεῶν αὐλοῖς. Sic & Plut. ἀγείρειν τοῖς θεοῖς. ¶Item vagor victuriæ aut rei talis cauſa: vt refert Euſt. ex Ælio Dionyſ.

Ἀγείρομαι, congregor, colligor. Hom. ¶ Ἀγείρεσθαι θυμὸν ἐς φρένα, dicit idem, vt Lat. recolligere ſe, vires, animum. Il. χ.

Ἀγερμός, οῦ, ὁ, & Ἄγερσις, ἡ, collectio, congregatio. Poll.

Ἀγερέθω, poët. pro ἀγείρω, congrego, cogo. (ρέθοντο.

Ἀγερέθομαι, congregor. Il. α. ἐς Αὐλίδα νῆες Ἀχαιῶν ἠγε-

Ἠγερέθομαι, item poët. pro ἀγείρομαι. Il. κ. ἵνα γάρ σφιν ἐπίσφαδ' ἠγερέθονται.

Ἀγρόμενος, part. per ſyncopẽ pro ἀγειρόμενος, cõgregatus, qui cõgregatur. Od. β. ἐμπλήσω ὅτι ἀγοράς τε δ' ἰδ' ρα Ἀγρόμενοι.

Ἀγορά, Ἄγυρις, quomodo huc pertineant, vide ſuis locis.

 Compoſita,

Ἀγκιστρεύω, hamo piſcor. Itē cum accuſ. pro ἀγκιστρόω, adhamo, interprete Bud. ¶ Per metaph. eſt Heſychio θηρεῦσαι, venari & δελεάζειν incſcare, quia δέλεαρ hamo præfigi ſolet.

Ἀγκιστρεία, ἡ, piſcatio quæ fit hamo, hamatilis piſcatus, apud Plat. de leg.

Ἀγκιστρευτὴς, hamiota. Ἀγκιστρευτικὴ (ſub. τέχνη) ars piſcandi, ars hamatilis. Poll.

---

ἈΓΚΟΙΝΗ, ἡ, vlna, & frequentius ἀγκοῖναι in plur. idem quod ἀγκάλαι, vlnæ. Poëticū eſt Od. λ. Γείνατ' ἐν ἀγκοίνῃσι Διὸς μεγάλοιο μιγεῖσα. & Iul. in Epigr. Εἰς χθονὸς ἀγκοίνας ἀλλοτρίας ἀγκαλίζονται. * Fit ex ἀγκάλαι quaſi ἀγκάλη mutato ω in οι inquit Euſt.

Ἀγκοινίζω, vlnis amplector, idem quod ἀγκαλίζομαι.

---

ἈΓΚΟΣ, εος, τὸ, vallis conuallis. Il. ν. Ὡς δ' ἀναμαιμάει βαθέ' ἄγκεα θεσπιδαὲς πῦρ Οὔρεος ἀζαλέοιο. Xen. ἀναβ. κ. dicit ἐν ἄγκει αἰλικοῖ τε καὶ μυχοῖς τῶν ὀρῶν. Plato in Cratylo dicit ἄγκος eſſe δ' ὑπτιόρα καὶ τραχεῖα, λακκά. ¶ Item editus locus montis, vt inquit Bud. * Dici ἀπὸ τοῦ συγκλείεσθαι, (quod pro ἀγκλείεσθαι per ſyncopen à poëtis vſurpatur) tradit Euſtath. Etym. verò ἀπὸ τοῦ συγκλείεσθαι καὶ συνάγεσθαι τὰ ξύλα.

Ἀγκεῖον, ου, τὸ, vallis parua, vallicula. Ariſt.

*Compoſita.*

Βαθυάγκειος, ὁ καὶ ἡ, profundas valles habens. vt in Anth. epigr. βαθυάγκεες dicuntur Alpes.

Μισάγκεια, ἡ, exp. vallis.

Μισγάγκεια, locus in valle in quo fit miſtio aquarum, ſeu in quē confluunt & congurgitantur aquæ. item ipſe aquarum gurges ibi collectus. Hom. Il. δ.

Συνάγκεια conuallis, i. locus in quo duæ valles inter ſe conueniunt. Sunt qui idē eſſe putent cum μισγαγκείᾳ. A Suida exp. συναγωγὴ τόπου, vnde apud Theoph. συναγκείας φύλλον.

---

Ἀγκτὴρ &c. vide in Ἄγχω.

---

ἈΓΚΥΛΗ, ης, ἡ, iaculi genus, vt vius videtur Bud. in Oreſte ſcribens: Ὁ μὲν γὰρ ἦλθ' ἀγκύλας, Ὁ δὲ ξίφος πρόκωπον ἐν χεροῖν ἔχων. ¶ Ἀγκύλην fuiſſe lorum in medio iaculo alligatum, (Latinis amentum dicitur) videtur ex his ſcholiaſtæ Euripidis verbis poſſe colligi, ἀγκύλας, τὰ ἀκόντια. ἀπὸ τοῦ ἐπαγκυλοῦσθαι, ὃ ἐστὶν ἀπὸ τῆς κατὰ μέσον ἀγκύλης λαμβανόμενα μεθιέναι. Quin etiam ἀγκύλην dictam fuiſſe anſam aliorum iaculorū (id eſt lorum illis alligatum, quo prehendebantur) ex his Strabonis verbis colligitur, li. 4. ἐστι δ' ἐν τῷ χρήσει ὅπλων ξύλινον χερσὶν καὶ ἐξ ἀγκύλης ἀφιέμενον. Xen. de coſlaris canū loquēs dixit, αἱ δ' ἀμμάτων ἀγκύλας ἐχέτω τῶν χειρῶν, i. anſas, lora videlicet quibus digiti inſeri poſſent. Heſychius quoque ἀγκύλας teſtatur dicta lora in calceis. ¶ Ἀγκύλη incuruatio cubiti, inflexio cubiti, ἡ καμπὴ τοῦ ἀγκῶνος inquit Heſychius. In qua ſignif. accipitur in Hippiatria. Suidas ait ἀγκύλην ſignificare opus quoddam tabernaculi Moſis, i. opificium quoddam circa ſtructuram tabernaculi, hoc autem dicit quia LXX. Interp. vocem Hebraicam לולאות transtulerunt ἀγκύλας. Exod. cap. 26. ¶ Ἀγκύλη (inquit in lex. Bud.) pro ſuffragine accipi videtur apud Baſil. vel potius pro poplitis flexu. Sic Theodor. in hiſt. eccleſ. μάλλον τὰς ἀγκύλας ἐκκεκομμένοι τὰς ὀξείας, poplitibus dextris ſuccſis. ¶ Item genus poculi, inquit Athen. lib. 15. Heſych. ait eſſe genus poculi cottabis aptum. Item Ariſtophanis ſcholiaſtes ait ἀγκύλην appellari ipſam cottabi proiectionem. ¶ Ἀγκύλαι præterea dicuntur contracti articuli, inquit Celſus lib. 5. Sic & Paulus Ægineta, ἀγκύλας & ἀγκυλώσεις vocatas ait articulorum aſtrictiones τὰς τῶν ἄρθρων καθέξεις. ¶ Ἀγκύλη ἐν γλώσσῃ ſiue ἀγκυλίων, eſt Æginetæ vitium linguæ. vide Ἀγκυλόγλωσσον in Γλῶσσα.

Ἀγκύλιον, ου, τὸ, hamus catenæ ἀγκύλια καὶ κρίκοι τῆς ἁλύσεως. ¶ Ἀγκύλια, ancilia genus quoddam ſcutorū ſeu peltarum, vt Plut. vult in Numa. ¶ Ἀγκυλίων vitium quoddam in lingua, quod & ἀγκύλη dicitur, & ἀγκυλόγλωσσον.

Ἀγκυλόομαι, οῦμαι, ἠγκυλωμαι, ἠγκυλωμαι, vnde ἱερὸς κεραυνὸν ἠγκυλωμένος apud Athenæum, manu tenens quaſi iam vibraturus: vt διηγκυλωμένος.

Ἀγκυλοομαι, οῦμαι, vnde Ἠγκυλωμένος, qui morbo laborat, ἀγκύλη & ἀγκύλωσις dicto.

Ἀγκυλίζομαι, iaculor, ἀγκύλην vibro.

Ἀγκυλιστὴς, οῦ, ὁ, iaculator. Etym. Euſtath.

Ἀγκυλωτὸν, pro ἀγκύλην ἔχον apud Hippocratem, i. anſulatum, ſiue anſulam vel amentum habens.

*Compoſita.*

